



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

Boetii Eponis Frisii De Ivre Sacro - Vel Principorum Iuris Pontificii Libri III.

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

Monendus es, amice lector, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61749)

Monendus es, amice lector, Auctori per occupationes grauiſſimas non ſuppetiſſe tempus ad hanc Editionem totam ſatis accurate, ſicut optaſſet, recognoſcendam. quo factum fuit ut & multiplicia menda typographica fugerint oculos tumultuarie recognoſcentis, & alphabeticus Index rerum verborumq; memorabilium generalis in hos nouem libros, tam ſex nempe priores Heroicarum Quaſtionum quam tres de iure ſacro poſteriores, cum ſuis appendicibus, confici non potuerit. ut promiſſimum ſic periculoſiſſimū praeter ceteris omnibus mendi genus fuit in voce iudex pro index pag. 375. lin. 19. Semel omninoſum pro ominoſum fuiſſe poſitū lib. 1. Heroic. Quaſt. pag. 66. lin. 10. & inſtabili pro inſtabilis + vlt. lin. 3. Orat. de Gente Friſica, vix eget indicatione. quale quid eſt & ibidem + d. b. lin. 10. Gallia pro Gallica. Poſt cōiecturas autem de Ioanne Regis Friſiorum filio Septentrionalioribus Indis in Regem conſtituto, qui preſbyter Ioannes fuerit appellatus, + vlt. ante lin. 9. deſunt haec verba; qui quantò triſtius à Regno paterno vel auito per Francos arcebatur, tantò lubentiùs illud Indicum nouè ſibi pro Friſico delatū ſuſcipiebat. Paratitla Ciuilia, Pōtiſiciis hiſce ſimiſſima, iam olim habet Auctor vnà cum plurimis aliis in vtrumque ius Commentariis parata; communicaturus ubi per maius ocium licuerit. nec in praſentiarum quidem vel hanc adornaturus Editionem praſentem, niſi

i j piiſſi-

piissima D. Ioannis Syraceni Praesulis Vedastina
fuisse esflagitatio cui nihil negare vel vult vel po-
test Auctor. de cuius quidem Praesulis optimi raris
atque singularibus aliquot in vniuersam Rempubl.
& Ecclesiasticam & Civilem & Literariam studiis
licet nonnulla dixerit auctor in Commentariorum
suorum nouem ad Gallum Rainutiumq; testamen-
tariorum superioribus annis editorum Praefatione,
nihil tamen sese tanti viri meritis dignum dixisse
ratus, aliis eloquentiae studiosioribus Encomia tali-
bus Heroibus digna dignè depromenda relinquit ipse
nudo praecipuarum virtutum contentus indicio, maxi-
mè ne quid vel auribus dedisse vel verecundiam le-
hisse videatur.